Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Ubi habitas: Dicit eis. Venite & videte. Venerunt & viderunt
ubi manet: & apud eum manserunt die illo. Hora autem
erat quasi decima. Erat autem andreas frater symonis pet.
unus ex duobus qui audierant ab iohanne: et secuti sunt
eum. Invenit hic primum fratrem suum symonem: & dicit ei. Inve
nimus messiam quod est interpretatum xpm. Et adduxit eum
ad ihm. Intuitus autem eum ihs dixit. Tu es symon filius
iohannis: tu vocabis cephas quod interpretatur petrus. In cra
stinum voluit exire in galileam: & invenit philippum. Et
dixit ei ihs. Sequere me. Erat autem philippus a bethsai
da: civitate andree & petri. Invenit philippus nathanael
& dicit ei. Quem scripsit moyses in lege & prophete invenimus
ihm filium ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael.
A nazareth potest aliquid bonum esse. Dicit ei philippus. Veni
& vide. Vidit ihs nathanael venientem ad se & dicit de
eo. Ecce vere israelita in quo dolus non est. Dicit ei natha
nael. Unde me nosti: Respondit ihs & dixit ei. Prius
quam te philippus vocaret: cum esses sub ficu vidi te. Respon
dit ei nathanael & ait. Rabbi tu es filius dei: tu es rex
israel. Respondit ihs & dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub
ficu credis: maiora his videbis. Et dicit ei. Amen amen dico
vobis: videbitis celum apertum. & angelos dei ascendentes
& descendentes super filium hominis. Ad romanos

Fratres: Corde creditur ad iusticiam: ore autem confessio fit
ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in il
lum non confundetur. Non enim est distinctio iudei & gre
ci. Idem enim dominus omnium: dives in omnes. qui invocant il
lum. Omnis enim quicumque invocaverit nomen domini salvus er-